Universitätsbibliothek Paderborn

Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina Evangelica De Meditatione mortis

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Dauid, adulter & homicida. l.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46214

Visual Library

rim & donum, ſi obtẽperent, vt ſecum pacem habeant. Tantum apud illum eſt Miſericordiæ pelagus.

DAVID ADVLTER ET HOMICIDA.

DAVID *ad Bethſabee vxorẽ Vriæ Ethæi ingreſſus, & à Nathan prophetante correptus, reſpondit:* PECCAVI. *Statimq́ meruit audire: & Dominus abs te abſtulit peccatum. Adulterio enim iunxerat homicidium: & tamen conuerſus ad lachrymas, Miſerere, ait, mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Magnum enim peccatum magna indigebit miſericordia. Vnde iungit & dicit: Multum laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Concluſit enim Deus omnia ſub peccato, vt omnibus miſereatur. Tantumq́ue profecit, vt dudum peccator & pœnitens tranſierit in magiſtrum, & dicat: Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.*

Cap. 1. Hieron. ad Rusticum. 2. Reg. 11. 12.

Psalm. 50.

Rom. 11.

ACHAB IMPIISSIMVS.

ACHAB *Rex impiiſſimus, vineã Nabuthæ cruore poſſedit: & cum Iezabel non tam coniugio ſibi, quàm crudelitate coniuncta, Eliæ increpatione corripitur: Hæc dicit Dominus: Occidiſti, & poſſediſti. Et iterum: In loco in quo linxerunt canes ſanguinem Nabuthæ, ibi lingent ſanguinem tuum: & Iezabel canes comedent ante muros Iezrael. Quod cùm audiſſet Achab, ſcidit veſtimenta ſua, & poſuit ſaccum ſuper carnem ſuam: ieiunauitque, & dormiuit in cilicio. Fa-*

Cap. 11. Hieron. ad Ruſticum. 3. Reg. 21.

ctúſque